(2)-4

Latinis victis. montem auentinum adiugiauit. fines protu-
lit hostiam coloniam deduxit. Ceremonias a numa insti-
tutas renouauit. Hic temptande sciencie atinaui augu-
ris causa. fertur consuluisse eum an id de quo cogitaret
effici posset. Quod cum fieri posse dixisset. iussisse eum nouacula cotem
precidere. Hoc facto protinus factum. Regnauit annis xxiiii. Eo regna-
te lucumo demarati corinthii filius a tarquiniis etrusca ciuitate
romam uenit et in amiciciam anci receptus tarquinii prisci nomen
ferre cepit. et post mortem anci regnum excepit. Centum hic patres
elegit latinos subegit. ludos in circo edidit equitum centurias ampli-
auit. Urbem muro circumdedit. cloacas fecit. occisus est ab anci filiis cum
regnasset annis xxxviii. Successit ei seruius tullius natus ex captiua
nobili coro maulana. Cui puero adhuc in cunis posito caput arsisse
traditum erat. Is censum primum egit. lustrum condidit. quo censa
lxxx. ce dicuntur. Pomerium protulit colles urbi adiecit quirinale
uiminalem esquilinum. Templum diane cum latinis in auenti-
no fecit. Interfectus est a lucio tarquinio prisci filio consilio filie sue
tullie. cum regnasset annis xliiii. Post hunc lucius tarquinius superbus
neque patrum neque populi iussu regnum inuasit. Is armatos circa se
in custodiam sui habuit. bellum cum uulscis gessit. Et ex spoliis eorum
templum in capitolio ioui fecit. gabios dolo in potestate sua redegit
huius filius delphos profectus et consulentibus quis eorum rome reg-
naturus esset. dictum est eum regnaturum qui primum matrem osculatus
esset. Quod responsum cum ipsi aliter interpretarentur. iunius brutus
qui cum profectus esset prolapsum se simulauit et terram osculatus
est. Hoc factum eius euentus cum probauit. nam cum impotenter
se gerendo tarquinius superbus omnes in odium sui adduxisset ad ulti-
mum propter expugnatam nocturna ui a sexto filio eius lucrecie
pudiciciamque ad se accito patre tricipitino et uiro conlatino obtes-
tata ne inulta mors eius esset cultro se interfecit. bruti opera maxime
expulsus est cum regnasset annis xxv. Tunc consules primi creati
sunt. l. iunius brutus. l. tarquinius conlatinus. Liber Tercius